Cura Clericalis.

Imprynted at London in paules Chyrche yarde at the sygne of the maydens heed by Thomas Petyt. The yeare of our Lorde M.CCCCC.xxxix.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

Cura est onerosa atq; illicita custodia animarum alicui cõmissa: vt animas hominum custodiat ne periant: sed potius vt saluantur. Sacerdotes igitur debent scire ea que officiũ eorum maxime curatorum iurta quatuor ethimologias huius nominis (vt habet Johannes Damascenus) concessit. Uno modo sacerdos dicitur quasi sacra dicens. Ideo dicuntur ethimologice sacerdotes quasi missarũ celebratores. Quare tantum de scientia habere debent q̃ sciant recte & distincte legere/ & ea que in misse officio continentur ad minus grammaticaliter intellegere/congrue pronunciare/ & accentuare & debite pronunciare.

Alio modo sunt sacramentorum ministratores Ideo sacerdos dicitur quasi sacra dans. Quasi tantũ de scientia habere debent q̃ sciant numerum sacramentorũ & que sit debita forma materiaq; cuiuslibet sacramenti & modum ministrandi ea maxime que ad eos spectant.

Tertio dicuntur confessionũ auditores. Ideo sacerdos dicitur quasi sacer dux / hoc modo opꝰ est eos scire discernere inter lepram & nõ lepram vt habet ꝑaulus inter peccatum & nõ peccatũ & imponere satisfactiones salutares.

Quarti sacerdotes sunt plebis doctores ideo dicitur sacerdos quasi sacra docens hoc modo opus est eos scire adminus articulos fidei & aliis preceptis dei informari.

Item sacramentum secundū Johannem scotū doctorem subtilem distinctione. iiij. Q. quinta quarti sententiarum. Est signum sensibile ex diuina institutione significans effectum gratuitum ad salutem hominem viatorū ordinatum. Sed secundum Augustinum. x. de ciuitate dei/ est sacre rei signum.

Sed secundum magistrum quartum sententiarum. j. sacramentū est inuisibilis gratie visibilis forma. Ut in baptismo ablutio peccatorum est inuisibilis gratia ⁊ aqua naturalis est eiusdem visibilis forma.

Septem sunt sacramenta. s. Baptismus. Confirmatio. Sacer ordo. Eucharistia. Penitentia. Matrimonium. Extrema vnctio

Quorum duo sunt voluntaria/ videlicet Matrimonium. et sacer ordo / quia nemo coartandus est ad sumendum ea. Sed alia sunt quinq; necessaria. s. Baptismus/ confirmatio/ eucharistia/ penitentia/ et extrema vnctio. Quia sūt in precepto et quilibet tenetur ea suscipere pro loco ⁊ tempore.

Tria sunt sacramenta irreiterabilia. s. baptismus/ cōfirmatio/ et sacer ordo. Quia in eis imprimūtur caracteres indelebiles ipsi anime in calatione eorū. Unde reiterans ea secundū canones est a susceptione sacrorum ordinum impediendus ⁊ secūdum leges decollandus.

Reiterabilia sacramenta sunt quatuor scilz

Eucharistia/ Penitentia / Extrema vnctio: et Matrimonium. Quia in collatione eorū non imprimūtur caracteres indelebiles ipsi anime.

Caracter est quedā spiritalis entitas quam homo consequitur in susceptione sacramenti.

Virtus ꝛ effectus sacramentorū in generali est auferre culpā si inuenit eam ꝛ cōferre gratiā vel eam augere: si debite ꝛ deuote sumātur. Unde tria requiruntur ad omne sacramentū scilicet Materia Forma ꝛ intentio ministri.

Baptismus secundū magistrū. iij. sententiarū dis. iij. Est Intentio ꝛ. ablutio corporis exterior facta sub forma verborū prescripta. Uel sic. Baptismus est intentio facta in qua verbo vite consecrata ad delendū peccatū originale. Unde baptismus grece ablutio dicitur latine. Et baptiso baptisas baptisare/ idem est quod Abluo ablues abluere.

Triplex est baptismus. Nā quidā est fluminis. Et est quādo quis in aqua naturali baptisatur Et iste est sacramentū ecclesie ꝛ tali baptismate nullus potest seipsum baptisare. Quia secūdū beatū Augustinū primo libro de trinitate est. Nullus seipsum gignit corporaliter/ ergo nec spiritualiter. Quare generatio fit per baptismum. Ut dicitur Johannis iij. ꝛc

Alius est baptismus flaminis. ꝛ est quādo quis per infusionē gratie spiritussācti inuisibiliter mundatur a peccato. Et tali baptismo potest

vnus seipsum baptisare habendo deuotionem ad baptismum proponēdo in se si haberet baptisantē et oportunitatem velle baptisantem et oportunitatem velle baptisari. Et si talis moreretur in huiusmodi proposito saluaretur. Alius est baptismus sanguinis/et est quando quis in proprio sanguine baptisatur quando scilicet nō baptisatus suscipit mortem pro fide Christi. Et iste baptism⁹ aque in voto ab adulto. Ut legitur ī legēda sācte Catherine de rhethorib⁹ ⁊ de pueris ī camino ignis. Sed in pueris nō requirit tale votū: sed sufficit mors tolerata pro Christo/ut patet de innocentibus. Et null⁹ pōt seipsū baptisare hoc modo. Nulli enī licitū ē seipsū iterficere ꝑ quacūq; cā. Unū factū Sāsonis et Josie qui seipos interfecerūt scdm btm̄ Hieronymū non est trahendum in consequentiā/quia priuilegia paucorum non faciūt legem communem.

Materia baptismi est aqua elementaris naturalis simplex recens et munda. Quia sacramētū maxime necessitatis debet habere materiā maxime cōmunē ne ꝓpter defectū materie aliquis īpediret a susceptione baptismi. Sed baptismus est hmōi ergo. ⁊c. ex q̄bus patet ꝙ nullus pōt baptisari in aquis distillatis. Sicut est aqua rosacea: nec ī vrina: nec ī saliua: nec ī brodio spisso iā resoluto nec ī oleo: nec ī vino. Scire tn̄ debes ꝙ in casu necessitatis dū nō possit

haberi aqua naturalꝫ pōt fieri ī aqua expressa de luto et in aqua liquefacta ex niue et silr in lixiuio colato ꝑ cineres. Uñ scias siue aqua sit calida te pida vel frigida bñdicta vel non benedicta nihil facit ad baptismū dum tamen euitatur periculū pueri tempore frigido. Sed benedicitur in ecclesijs propter solēnitatē et maiorem reuerentiam sacramenti.

Materia baptismi secūdū latinos quāuis greci hebeāt aliā in idē tñ redeūt/eoqꝫ ambo Christianū faciūt. Hec est Joānis. Ego baptiso te. In noīe patris et filij et spiritussancti. Amen.

¶ Unde baptisādus habet nominari proprio noīe et exprimere debet baptisans hoc ꝓnomē ego q̄uis ambo nō sint necessaria. Ideo illa forma predicta debet esse integra: et nō corrupta nec in principio dictionū nec in fine: nec debent sumi alia notionalia sicut est genitor genitus. Sic scias aliquos ex fatua deuotione addere ad predicta aliquem sanctū dicentes et subiūgentes in honore beate marie virginis que addito et consimilis nihil facit ad baptismum.

Minister baptismi extra casū necessitatis ē solus sacerdos/sed in casu necessitatꝫ potest esse vir vl' mulier tā fidelis quam infidelis dū tamē intendunt facere quod facit ecclesia puta Christianū. Et semper dignior ī presentia plurimū debet baptisare minus digno. Unde quando haberetur dubiū an puer esset baptisatus vel nō

potest baptisari sub tali forma. Si tu es baptizatus ego non baptiso te. Sed si nõ es baptisatus ego baptiso te in noie patris et filij et spiritussancti Amen. Jtẽ nullꝰ coacte debet baptisari. sed solũ petens voluntarie adultꝰ ꝫ patrinꝰ ppuere. Jtem baptisando semp seruet ritũ ecclesie in mergẽdo ter vel semel vel aspergẽdo quo non videaris nouus author haberi.

Virtus et effectus baptismi est quod delet omne peccatũ tã originale ꝙ veniale ꝫ mortale cõfert ꝫ auget gratiã et apperit portã regni celorũ ꝫ cõfert oẽs vtutes tã morales ꝙ theologicales si non quo ad vsũ tñ quo ad habitũ. Reiterans baptismũ secundũ leges decapitandus est et secundum canones ad sacros ordines non promouendus.

Catheciſmus est instructio fidie catholice et eius meriti.

Exorcismus est adiuratio demonis. Vt recedat ab anima baptizandi et det locum spiritui sancto aduenienti.

Confirmatio est charismatio facta in fronte hominis per episcopum/vt confirmet et roboret hominem in fide catholica.

Materia confirmationes est charisma cõfectũ ex oleo oliuarum et balsamo p episcopũ benedictum. Vnde conficitur ex oleo oliue quod significat nitorẽ conscientie. Confirmatus eni debet habere splendorem maioris luminis fidei

quam non confirmatus et debet expressa fatet fidē christianā absq; requisitione. Similiter ci ficitur ex balsamo ad designandū odorem bonē fame & opinionis que debet esse inconfirmato e forma cōfirmationis est:cōsigno te signo crucis confirmo te chrismate salutis. In nomine. patris & filij & spiritussancti Amen.

Minister confirmationis est solus episcopus qui habet curam totius cōmunitat; i sua diocesi ad faciendū milites Christi ad audacter & sine timore & verecundia cōfitendū fidē Christi vnde pueri baptisati vsum rationis aliqualiter habentes femelle q̄ masculi sunt confirmā di. Apti enim sunt ad confitendū fidē Christi. I tē null9 hoc sacramentū sciēter sine rationabili causa omittat:quia peccaret mortaliter. Ritus confirmationis est q̄ confirmandus vngitur in fronte per modum crucis ab episcopo cum chrismate sub predicta forma verborum Alapa vero que datur non est de essentia sed propter memoriam habendam. Et locus frontis vncte debet tegi cum mundo panniculo ob sacramenti reuerentiam.

Effect9 vel virtus confirmationis est spiritussanct9 dat9 confirmato ad robur et audaciā cōfitendi nomen & fidē Christi. Et si non fit obex in suscipiēte noua gratia datur vel prisstina augetur in collatiōe. Et si digne et deuote sumit: peccata tā venialia q̄ mortalia obliuiōe tra:

dita dimittunt. Unde scienter sumens bis hoc sacramentum secundum leges decolabitur.
Sacer ordo secumdum Hugonē de sancto victore sic describitur. Est signaculum quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium ecclesiasticum exercendum.
Septē sunt ordines sacri. s. ostiarius lectoratus exorcistatus: accolitatus: qui dicuntur minoris: quia homo promotus in his potest verum cōtrahere matrimoniū. Sub dyaconus: dyaconus: et presbyteratus: et illi dicuntur maiores Quia homo promotus non potest contrahere matrimonium.
Ostiarius est ille q̄ habet custodire ingressū et egressum ecclesie dei ne infideles: heretice: iudei: excōmunicati vel bestie intrēt. Et illū instituit qn̄ ementes et vendētes eiessit de templo dei.
Lectoratus est ille qui habet legere lectiones et prophetias.
Exorcista est ille qui habet cōiurare. et expellere demones. Unde exorcista in greco dicitur adiurans vel increpans in latino.
Accolitus est ille qui habet portare lumen vel candellā in suis manibus quādo legendū est euangelium vel sacrificium offerendo. Unde accolitus in greco dicitur cereferarius in latino.
Subdyaconus est ille qui habet epistolam legere in ecclesia dei: et calicem et patenā ad altare Christi deferre et leuitis tradere: eisq; mi-

nistrare. Et dicuntur subdiaconi quasi subiacentes preceptis et officijs leuitarum.
Dyaconus est ille qui habet legere euangeliū in diuino misse officio sacerdotius assistere et eis ministrare in omnibus que agūtur in sacramētis Christi: puta in baptismo: chrismate: in platena: in calice et alia oia in altari disponere. Et dicitur dyacon⁹ quasi minister in omnibus eni potest ministrare sacerdotibus. Potest enī mensam dñi disponere vestire: crucē Christi ferre et predicare euangelium et epistolam ad populū.
Presbyter est homo masculus sacris ordinib⁹ ordinatus ad conficiendum corpus et sanguinem Christi deputatus. Unde presbyter grece dicitur senior latine non in etate sed i honore et dignitate.
Materia sacri ordinis in generali quamuis cuiuslibet sit specialis materia quam ordinand⁹ ambabus debet tangere manib⁹ in porrectione talis materie. et est illud instrumentum per quod traditur modo ordinato.
Forma sacri ordinis i generali licet cuiuslibet sit propriam speciali. Est accipere potestatem faciendi hoc vel hoc in ecclesia dei. Unde forma ordinis presbiteratus est accipere potestatem consecrandi vel conferendi sacramentū in ecclesia dei pro viuis et mortuis. Unde ordinandus in sacris debet habere scientiam grammatice et logice et rhetorice: quia ille scientie tri-

uiales multum faciunt ad scientiam pictatis puta/theologiam:qua triuiales vero non requiruntur & necessitate ad ordinationes.

Eucharistia est excelentissimum sacramentum corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi latens sub speciebus panis et vini consecratis. Et dicitur ab eu quod est bonum & charos gratia quasi bona gratia: quia in eo continetur ille scilicet Jesus Christus qui est fons gratie et omnis bonitatis.

Materia eucharistie est dupler. vna est hec panis de tritico cum aqua elementari naturali recenti & munda confectus. Et ergo in pasta. in pane fermentato in pane de siligine vel hordeo vel alio grano non potest confici corpus Christi/nec cum alia liquore sicut vinum lac vel aqua distillata. ¶ Alia est hec vinum de vite: & nullo modo in vno mororum: pomorum: priorum:ceruisorum: seruisia:aceto musto:vel alio liquore potest confici sanguis Christi et modica aqua que ponitur nō est de essentia sacramenti. sed apponitur ad denotandum vnionē populi cum Christo. Unde sacerdos consecrans plures hostias nō determinet se ad certum numerum sed habeat intensionem consecrandi quod est ante se.

Forma eucharistie est dupler secūdum duplicē eius materiā. Una forma est panis que est hec. Hoc est enim corp⁹ meū. vt patet Math. xxvj.

Marc.iiij.Lu.xij.Joan.xvj.Alia est vini in calice:et est hec.Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysterii fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
Minister eucharistie est solus sacerdos rite et legitime ordinatus nō existens in peccato mortali:Et cui non est prohibitum celebrare.
Missa est diuina officium in salutem fidelium ad cōsecrationē corporis et sanguis xpi a sācti patrib⁹ institutū.Et dicitur a vbo mitto:quia ibi filius dei mittitur in manus sacerdotis/vel quia angeli mittūtur ad ministrādū sacerdoti.
Introitus est q̄ legitur quādo sacerdos accedit ad altare dei.Et dicitur a verbo introeo:is:ire.
Collecta est ratio qua quis cum deo loquitur.
Oratio est mentis in deum cū verborū expressione leuatio.Et dicitur quasi oris ratio.
Prophetia scientia diuinitus inspirata que incuitabili veritate rerum euentus ostendit.
Epistola est superne cōmissionis per apostolos et alios sanctos dei adhoc deditos complatio.Et dicitur ab epi quod est supra ꝛ stolon missio quasi superna missio.
Euangelium est diuine veritatis per sāctos euāgelistas cōscripta editio:et dicitur ab eu quod est bonum et an quod est sursum et gelion nūciatio:quasi bona de sursum nunciatio.
Canon est compilatio verborum pertinentium

ad diuinum officiū ⁊ ad consecrationem corpo-
ris ⁊ sanguinis domini nostri Jesu Christi.

¶ Extrema vnctio est sacramentū quod con-
fertur per oleum oliuarū ab episcopo benedic-
tum ad delendū peccata venialia. Et dicitur
extrema vnctio: quia datur illis qui laborant
in extremis quibus non est aliud remedium ad
penitendum pro peccatis.

Nam tales nullā aliam penitentiam suscipere
possunt. Materia extrema vnctionis est oleum
oliuarum ab episcopo benedictū Nam oleum
oliuarū positū in vulneribus mitigat dolores
corporales / et etiam hoc sacramentū mitigat
dolores spiritualis ⁊ etiam corporalis. Unde
oleum nucum/ lini/ vel amigdalarum non est
materia huius sacramenti.

Forma extrema vnctionis est per istam sanctā
vnctionem ⁊ suam pyssimā misericordiam in-
dulget tibi deus quicquid deliquisti per illicitū
visum: auditum: gustum: tactum: olfactum.
In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Amē.

Nota quinq; sensuum exteriorum loca debent
inungi/ similiter pedes pter gressum: quia in
illis consistit radix peccati. Unde cecus a nati-
uitate similiter surdus ⁊ mutus debent etiam
inungi/ quia forte inordinate petierunt scilz
peccatum facere. Similiter claudus/ etiam
carētes mēbris debent inungi in locis vicinis/
et dicenda est semper eadem forma.

Similiter extreme vnctionis est solus sacerdos cum ministris siue sint presbyteri siue nō. Unde solum infirmus decem ℞ octo annoꝝ vel vltra et sumēs eucharistiam petens inungendus/ ℞ non pueri in agone existentes.

¶ Effectus siue virtus extreme vnctionis est remissio omnium peccatoꝝ venialiū/et peccatorum mortaliū oblitorum. similiter gratia habita augetur ℞ noua infertur. Et si infirmus sic vnctus superuixerit potest intrare ecclesiam.

Matrimonium est viri ℞ mulieris legittima coniunctio indiuiduam vite cōsuetudinem retinentium. Et dicitur matrimoniū ℞ non patrimonium: quia mares habent maiorem laborem in pertu ℘ pares. Dicitur enim matris munium idest officium.

Uel dicitur a materia ℞ monos vnum quasi vna materia. ſ. voluntas eorum adinuicem. Forma matrimonij est hec. Johannes cōmitto tibi Catherinam in legitimam vxorem/et Catherina cōmitto tibi Johannem in legitimum virū. In nomine patris ℞ filij ℞ spiritussancti. Uel sic. Accipio te in meam vxorem/ et ipsa respondeat. Accipio te in meum virum. In nomine patris ℞ filij ℞ spiritussancti. Amen.

Similiter sūt plures alie forme: sed in idē redeunt. Materia matrimonij est vir ℞ mulier mutuū consensum in inuicem habentes. Unde impoꝛtat respectum extrinsecus aduenientē/

puta applicationem viri ⁊ mulieris adinuicem cum debita forma verborum.

Effectus vel virtus matrimonij est susceptio ⁊ productio prolis ⁊ cuitatio fornicationis.

Institutio matrimonij est facta in paradiso tempore innocentie ab ipso deo.

Bona matrimonij sunt tria / scilicet Fides ne ipse cum alia: vel ipsa cum alio coeat proles Ut ametur suscipiatur ⁊ religiose educatur. Et sacramentū quod addit inseperabilitatem.

Penitentia secundū beatū Ambrosium est preterita peccata plangere / ⁊ plangenda non iterū cōmittere: vel sic. Et sacramentum cum deplangit peccata preterita cū proposito cauendi se ad futurū. Et dicitur quasi penetentio. Et sunt tres partes penitentie/scilicet Contritio/ Confessio/ ⁊ satisfactio.

Contritio est dolor voluntarie pro peccatis assūptus cū ppōsito confitendi ⁊ satisfaciendi. Et dicitur a verbo contero q̄ est simul terere. Unde cōtritio ⁊ attritio in hoc distant. Nam cōtritio est dolor de omnibus peccatis cōmissis. Attritio vero est dolor pro aliquibus peccatis / tamē ⁊ nō sufficit pro remissione peccatorum. Attamen sepe vnum ponitur pro reliquo.

Confessio est legittima coram sacerdote habente claues ecclesie peccatorum declaratio/ et hoc modo sumitur hic.

Alio modo cōfessio est dei laudatio. Et confiteri

est deū laudare: sicut in hymno legitur de sancto Martino martyre Confessor dei. Et confessio est instituta a Christo / & a beato Paulo promulgata. Unde confessio venit a verbo confiteor / cōposito a prepōe con & fateor quasi simul vel ex toto siue undiq; faceo.

Satisfactio secundum Gregorium est peccatorum causas excidere: & earum suggestionibus aditum indulgere. Et sunt quatuor partes satisfactionis: scilicet. Elemosina / Jeiunium / Oratio / peregrinatio.

Elemosina secundū beatū Thomam est que animā a peccato liberat & eam non patitur ire in tenebras. Et dicitur ab eleos. i. misericordia & syna quod est mādatū. Uel dicitur ab ely qđ est deus & syna mandatū: quasi mādatū dei vel mic. Deus enī mandauit fieri elemosinam Uel dicit ab heli qđ est deus & moys aqua quasi diuina aqua ad mundandū animā a peccatis.

Jeiunium est quod stimulum carnaliū vitiorum reprimit mentem ad diuinorū contemplationem / eleuat gratiam virtutum & celestium premiorum impetrat.

Oratio secundū beatum Johannem Damascenum est pius mentis affectus in deum tendens et plerumq; ne animas pigritetur in vocem prumpens. Et dicitur quasi oris ratio.

Peregrinatio est sanctorum locorum cum deuotione visitatio.

Materia penitencie est actus penitentis qui consistit in cordis contritione: oris confessione & pro peccatis satisfactione.

Forma penitencie vel forma absolutionis quod idem est hec. Dominus noster Jesus Christus per suā magnā misericordiam te absoluat: et ego auctoritate ipsius tua fungor/ absoluo te ab omnibus peccatis contritis mihi cōfessis nec nō oblitis & a vinculis excōmunicationis minoris si incurristi: et restituo te in cōmunionē sancte matris ecclesie. In noie patris & filij & spiritussancti. Vel sēm dectores/ que est essentialis & congruentior. Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In noie patris & filij & spiritussancti. Amē. Unde effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis.

Claues ecclesie sunt tres: vna est clauis auctoritatis/ & illā habet solus deus. Alia est clauis excellentie & illam habet solus christus homo. Tertia est clauis ministerij/ & illam habent sacerdotes ad curam regendam admissi. Et illa est dupler. Nā vna est scientia discernendi inter lepram & nō lepram. i. inter peccatū & non peccatū. Alia est potestas ligandi & absoluendi.

Peccatum est omne dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Et est tripler: scilicet originale: veniale: & mortale.

Originale peccatum est illud quod contractum est a primo parente scilicet; Adam.

Et illud deletur per baptismum.

Veniale peccatū est illud per quod nō violatur preceptum dei. Vel sic. Est illud quod nō separat nos a regno dei. Et illud deletur per aquam benedictam / per extremā vnctionem / per deuotam orationem: et sic de alijs.

Mortale peccatum est illud quod separat nos a regno dei. vel sic. Est illud quod violat preceptū dei. Et illud deletur per penitentiā.

Peccatū in deū patrem est illud quod quis omittit ex debilitate anime.

Peccatum in deum filium est quod quis amittat ex ignorantia.

Peccatū in spiritumsanctū est quod quis committit sponte ex maliuolo animo.

Decalogus est sermo vel liber tractans de decē preceptis dei. Et dicitur a deca i. decē & logus sermo quasi sermo de decem precepta dei.

¶ Precepta dei sunt decem. versus.

Vnum crede deum / ne iuras vana per ipsum.
Sabbata sāctifices / habeas in honore parētes
Non sis occisor / fur / mechus / testes iniquus.
Nullius nuptam cupias / nec res alienas.

¶ Dotes anime sunt quatuor scilicet.

Subtilitas: Impassibilitas: claritas: agilitas
Peccata clamantia in celum sunt quinq; scilz.
Homicidium: Vsura: Peccatū sodomaticū: vel cōtra naturā: Detētio mercedis: Deprecatio.

Virtutes cardinales sunt quatuor. scilicz.

prudentia/Temperantia/Justicia Fortitudo.

Virtutes theologice sūt tres/scilicet Fides est virtus theologicalis qua quis credit deum trinum in personis & unum in essentia.
Spes est certa expectatio future beatitudinis et gratia dei & propter merita precedens.
Charitas est motus animi ad seruiendum deo propter seipsum & primum pter deum.

Peccata in spiritū sanctū sūt septē. s. Desperatio: inuidia fraterne charitatis: spes peccati interfectio presūptio salu aut finalis impenitētia: obstinatio in peccat: impugnatio veritatis

Opera misericordie spiritualia sunt septē scilicet. Dare bonum consilium petenti / Corrigere peccatores/ Consolari tribulatos/ Inimicis perdere & remittere/ Ferre persecutores. Orare pro infimicis.

Opera misericordie corporalia sunt septē. s. Esurientem cibare: Sitientē potare: Nudum vestire: Infirmū visitare: Incarceratū cōsolari: Mortuum sepelire: Pauperi dare hospitalitū.

Beatitudines sūt octo: scilicet. Pauperes in spiritu. Mites. Misericordes. Esurientes. Lugentes. Pacifici. Mundi corde. Et qui persecutionem patiuntur pter iusticiam.

Virtutes sunt septē que opponuntur peccatis mortalibus: scilicet Humilitas Largitas Castitas. Patientia. Temperantia. Charitas dei. Frequentatio in bonis.

Septem sunt dona spiritussancti: scilicet. Sapientia. Intelligentia. Consilium. Pietas Fortitudo. Scientia. Timor domini.

Virtutes delendas peccata sunt quinq; scilz Penitentia. Ecclesiarū visitatio. Peregrinatio. Indulgentia. Confessio.

Aliena peccata sunt nouē / quia sūt cū alia persona et nō propria: ideo dicuntur aliena. sl3 Jusso: ⁊ est qui iubet aliquem peccare. Consilium est qui dat alteri consilium ad peccandū. Consensus est qui consentit alteri ad peccandū Palpo est falsus adultor vel adulatrix ⁊ est cōmunis generis per regulum. Quedam dat serus vterq;. Recursus est qui defendit peccatorem. Participans est qui capit partē de rebꝰ male acquisitis. Mutus est qui videt peccare ⁊ dolose tacet: cum verbo solo sine sui periculo posset impedire Non obstans est qui non vult peccato resistere. Nō manifestās est qui substractam rem scit vbi est: ⁊ nō vult eā manifestare.

Peccata mortalia sunt septem / quia mortificant animam. Superbia est appetitus paruerse celsitudinis. Auaritia est insatiabilis ⁊ inhonesta quarūlibet rerum cupido. Luxuria est libedinosa voluptatis appetitus / Ita est ebulitio sanguinis circa cor. Gula est immoderata potus ⁊ cibi cupiditas. Inuidia est dolor de aliena prosperitate receptus ⁊ in detrimentum alterius consurgens. Accidia est tristicia

aggrauans animum hominis.
Filie seu rami superbie sunt septem.s. Inobe-
dientia. Hypocrisis. Contentio. Pertinatia.
Discordia. Presumptio. Jactantia.
Seuem sunt filie auaricie.s. Proditio. Frans
Fallā vel fallatia. Periurium. Inquietudo mē
tis. Et contra misericordiā cordis obduratio.
Luxurie filie sunt octo.s. Cecitas mentis. In-
consideratio. Incōstantia. Precipitatio. Amor
sui. Odiū dei. Amor presentis seculi. Despera
tio siue horror futuri seculi.
Ire sunt ser rami vel filie.s. rixe/tumor men-
tis/cōtumelia:clamor:indignatio:blasphemia
Gule sunt quinq; rami.scilicet ineptia. Letitia
Scurrilitas. Immūditia. Multiloquium. De-
betudo. Sensum.
Inuidie sunt quinq; rami/scilicet odium. Sub
siditio. Detractio. Exultatio in aduersis proxi
mi. Afflictio in prosperis proximi.
Radicis accidie sunt septem scilicet. Malicia.
Rācor. Pusilanimitas. Desperatio/torpor cir-
ca precepta dei. vagatio mentis circa illicita.
Symbolum est collectio articulorū fidei. Sym-
bolū est dupler vt habet Isidorus. vij. lib. ethi-
mo. cap. vij. Nā quoddā est symbolum apostō:
et est editio apostolorū in primitiua ecclesia in qua
comprehenditur fides catholica. Et illud dici-
tur secrete in matutinis: in prima et in cōple-
torio. Et vocat. Credo in deū patrē oipotentem

Aliud est symbolum iurus. scilicet primus titulus de sima trinitate et fide catholica.
Tertium est symbolū nycenū. Et dicitur Nicenum/quia factum est in consilio nyceno propter grecos qui negabant processionem spiritus sancti ab vtroq;. Et illud sic legitur in dominicis diebus alta voce. Credo in vnū deū patrem omnipotentem. &c.
Aliud est symbolum Athanasij. et est illud q̄ dicit in prima in dñicis dieb⁹ alta voce. s. Quicūque vult saluus esse. & dē a syn quod est cum et bolus morsus quia quilibet apostolorū posuit morsellum. j. articulum vt patet.
Duodecim sunt articuli fidei secundum apostolos. Petrus. Credo in deū patrē oīpotentem creatorē celi et terre. Andreas. Et in Jesū Christū filiū eius vnicū dñm nostrū. Jacobus. maior. Qui cōceptus est de spiritu sancto nat⁹ ex maria virgine. Joānes euangelista. Passus sub pontio Pylato crucifixus mortuus et sepultus. Philipp⁹. Descendit ad inferna. Thomas. Tertia die resurrexit a mortuis. Bartholome⁹. Ascēdit ad celos sedet ad dexterā dei pris oīpotēt. Matheus. Inde uentur⁹ est iudicare vivos et mortuos. Jacob⁹ minor. Credo i spm̄ sanctū: sanctā ecclesiā catholicā: sanctorū cōmunionē. Simō Remissionē peccatorum. Judas. Carnis resurrectionem. Mathias. Vitam eternam. Amen.
Item cicl⁹ est spaciū tēporis plures annos con

tinens in se reuertens. Et ciclus dicitur quasi circulus quia reuertitur in se ad modū circuli. Item tripler est numerus. s. digitus articul⁹ & numerus cōpositus. Digitus est omnis numerus infra decem. Articulus est omnis numerus diuisibilis in decem partes equales/sic quod nihil residuat. vt. x. xx. xxx. xl. &c. Numerus compositus siue mixtus est qui constat ex digito et articulo vt. xj. xij. xiij. &c. xxj. xxij. xxiij. xxiij. xxv xxvj. xxvij. xlj. xlij.

Annus est spaciū temporis quinquaginta duarū ebdomadar. Item dupler est annus. scilicet cōmunis et bisextilis. Annus cōmunis est qui habet trecentos et sexagita quinq; dies et sex horas. Et illorum annorum sunt tres in quibus lra dominicalis semel variatur.

Annus bisextilis est qui habet. cccl vj. dies Et in illo anno lra dñicalis bis variat. Et quare plus habeat in vno die p̄ annū cōmunis assignat ratio quia in quolibet anno cōmuni sūt sex hore sup fine & ille sex hore i quarto anno cōstituūt diem naturalem qui facit annū bisextilem. Item dupler est dies. s. naturalis et artificialis. Dies naturalis est spaciū tpis. xxiij. horarū vt de vna nocte ad alia. Dies vero artificialis est latio solis super nostrū emisperium. Nota ciclus est dupler. scilicet solaris et lunaris: Ciclus solaris est spaciū tēporis. xxviij. annorū vltra se nō extendens. Cum autē ciclum

solarem scire volueris tunc cōsidera annos ab incarnatione domini et videas quot habeas cē-tenarios et illos numera per mēbra seu iūctu-ras digitorū et serua membrū vltimi cētenarij Et post hoc numera versum sequentem.

xxv. xiij. j xvij.

Pentauigint.trede.iota.desep.

x. xxj. ix.

Quina.monouigint.quoq;.nouem.

¶ Et si versus deficit resumēdus est donec tan gatur membrum signatum & tūc considera nu-merum istius dictionis que tangit membrum signatum et post hoc numera articulos et per iuncturas digitorum et serua membrum arti-culorum et numera tunc versum sequentem.

Dena.vigin.duo.duod.vigin.duo.x.xx.ij.xij.

Quattu.quattuorde.vigin.qua.

Et tunc istius considera numerū dcōnis q̄ tan-git mēbrū signatū et adde istū numerū. Et si a-liquid super fuerit adiūge. Et si iste numerus excedit viginti octo tunc a toto collecto subtra he.xxviij.quotiens poteris quia est regula qñ ī ciclo solari ī numero practicato excrauit vltra xxviij tunc semper vigintiocto sunt abijcienda et tunc reliquus numerus ostendit ciclum sola rem. Et quādo aliqua figura non haberet arti-culos vltra centenarios nec ānos residuos. sed ex centenarijs reperitur nouem vel.&c. tunc ni hil est qđ addendum vel subtrahendū vt patet

in ista figura. cxl. ibi habetur non est vt patet per numerum pentauiginti.

Item ciclus solaris valet ad inueniendum litterā dominicalē. Cū aūt scire quis voluerit seu inuenire litterā dominicalem numeret ciclum solarem per iuncturas digitorum deinde legat hunc versum Grif. &c. donec tangat membrum signatum & si inditio que tāgit membrū signatum est vna littera de illis septem litteris dñicalibus. A.b.c.d.e.f.g. tunc talis annus est cōmunis. Si aūt in tali dictione sunt due littere dñicales tūc est annus bisextilis et prima lra durat vsq; ad festum Mathie & secūda instat & durat cōsequenter per totum circulum anni.

Grif e dit ci bas gri fo nes dit bo na gri fe di ei bus aug for e dus cib au gur fi ed oc ob au

Et isti versus valent ad inueniendū litterā dominicalē. Et littera dñicalis ē littera que designat nobis dñicam diem. Et sunt septem littere dominicales. scilicet. A.b.c.d.e.f.g. Et in quolibet anno communi est vna et in anno bisextili sūt due. Et prima durat vsq; ad festū. Mathie. vt supra. vers⁹. Poste Mathie diē mox iūgito feriā. Littera sipridē domini variatur ibidē.

De ciclo lunari.

¶ Ciclus lunaris est spacium temporis. xix. annorum vltra se non extendens. Cum autem ciclum lunarē scire quis voluerit. tunc cōsideret

ānos incarnationis quot habeant cētenarios et istos numeret per membra digitorum ⁊ signet membrum seu iuncturā vltimi centenarij. Et post hoc legat versū sequentē locādo in quolibet membro vnam sillabam quousq; peruenerit ad membrum signatum.

Fi la q; bar go ma ri cis Fi la q; bar go ma ri cis he nas si dns in hoc tor e ira pe nas.

¶ Et si versus deficit resumendus est (vt prius) donec tangat membrū signatum ⁊ postea consideret syllabam tangentem membrū signatū que sit eius prima littera ⁊ quota ista sit in ordine alphabeti et talem tunc numerum notet. Post hoc videat de articulis quot habeat ⁊ istos etiam numeret per iuncturas digitorum ⁊ signet membrum vltimi articuli / et numeret de super istum versum.

r i xi ij xij iij.

r monos vnde duo duod tres.

xiij iiij xiiij.

trede. quattu. quattuorde.

Et numerū dictionis que tāgit membrū signatū istū tunc predicto numero adiungat per additionē. Et si quid vltra articulos fuerit / etiā adiūgat. et tūc si iste numerus excedit. xix. subtrahat decē ⁊ nouē quotiens poterit. Quia est regula ī ciclo lunari si in numero practicato excreuerit vltra. xix. tūc decē ⁊ nouē tunc semper abijciēda et reliquus numerus ostendit ciclum

lunarē seu aureū numerū: et ciclus lunaris valet adinueniendū interuallū. videlicet numerādo ciclum lunarem per iuncturas digitorum et signet membrū vltimi numeri: et numeret tūc de super istum versum. Ethereas. ꝛc. locando in quolibet mēbro vnā istarum dictionū. ꝛ dictio tangens membrū signatū ostendit interuallū videlicet quot litteras talis dictio habet tot hebdomadas habebimus pro interuallo illius anni. Hoc tamen interdum fallit. ꝛ ad euitādū hoc videat que sit littera dominicalis: et postea prima littera dictionis reperta per Ciclum lunarem si tunc talis littera dominicalis precedit primā litteram in ordine alphabeti cadentis super membrū signatū tūc vna hebdomada est adiūgenda. Si autem sequitur vel est eadē cū littera dominicali tūc stabit sine additione. Et in anno bisertili tūc ista additio debet fieri penes secundū literā dominicalem et non per primam vt patet per versus sequentes.

Anno bisertili cōcurrunt duo grāmata christi
Hebdas si queras tenet vltima littera veras.

¶ Et si interuallū est numerus hebdomadarū cōcurrētium a prima dñica post festū natiuitatis Christi vsq; ad dominicam qua cātatur esto mihi. Ethereas. aratra. fraudula. baculos edere claudunt. Frude diuertere. gaudes candit. anastraphadētans. Grund. eblatans. alicens. dioca. blandens custra. clementis.

De concurrentibus.

¶ Item concurrentes sunt duplices. scilicet cō
currentes hebdomadarū et concurrentes anni
hebdomadarū sunt dies qui mediant inter diē
natiuitatis Christi et inter primam domini-
cam sequentē post festum natiuitatis Christi.
illud potest acquirere per versus sequentes.
A.nil.b.iota.c.duo.d.tres.e. quatuor. f. quin-
que.g.quoq; dat ser.

¶ Item concurrentes anni sūt dies qui medi-
ant inter primam dominicam post festum nati-
uitatis Christi et inter festum circūcisionis. et
illud habetur per versus sequentes.
A.nil.b.ser.c.quinq;.d.quatuor.e.tribus.f. bi-
nos.g.monos concurrit in anno preter.
In isto anno qñ.a.et g.sunt littere dominica-
les.tunc secunda littera dat concurrentes et
additur feria.&c.

Lustrum est spacium quinque annorum et
tria lustra faciunt indictionem. Indictio spa-
cium quindecim annorum. Et indictionem inue
nire desiderantes tunc subtrahite ab annis in-
carnationis.M.cccxxij.Et si remanserit vltra
quindecim tunc subtrahite quindecim quoti-
ens poteritis et reliquis numerus ostendit in-
dictionem.Vñ versus ab annis tolle mille qua
dringenta viginti quoq; duo.Vltra quod inue
nias p indictione sētias.Quasi excedat qui tol-

las/ reliquū retineo. Item alter modus inue-
niendi indiciones. Subtrahe ab annis domini
mille quadraginta triginta septem. Et postea
subtrahe quindecim quotiens poteris. ⁊c.

¶ Festū sic describitur. Est dies ob reuerētiam
dei ⁊ sanctorū suorū a sāctis patrib⁹ institut⁹.
Et dupler est festum: scilicet fixum ⁊ mobile.
Festum fixum est festum habens certum locū
in Kalendario sibi signatū: vt sunt festa sancto
rum apostolorū ⁊ martyrū ⁊c. Festū mobile est
quod penes ascensum ⁊ descensum lunationis
celebratur / nullū certū locū habens in Kalen-
dario. Et idco dicitur mobile quia non habet
certum et fixū locū in kalendario sibi signatū.
Sed singulis annis variatur: et quinq; sunt
festa mobilia: scilz. Septuagesima: Quadrage
sima: Pascha. rogationes ⁊ Penticoste.
Septuagesima est festū qđ tenet septuaginta
dies p quos designātur nobis septuaginta an-
ni quib⁹ filij Israel erāt in vinculis pharaonis.
Quadragesima est festū qđ continet in se qua-
draginta dies quos Christus Ieiunauit in de-
serto. Et etiā sunt obseruati a Moyse ⁊ Helia.
Pascha est festum in quo dominus noster Je-
sus Christus surrexit a mortuis. Et dicitur a
phase grece quod est transitus latine: quia tūc
Christus transiuit a morte ad vitam
Rogationū est festū in quo dominū nostrū
Jesum Christum rogare debemus vt defendat